



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

3. Dies Aprilis. Malus, etiamsi regnet, servus est tot Dominorum, quot  
vitiorum. Augustinus de Civit. lib. 4. cap. 3.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

rare, ut vindicet ejus Justitia tua scelera. Si in Deum verecundia cadere posset: nullius rei sic eum pœnitent, nisi quod tam honorificum, & abominabile monstrum, qualis est homo peccati letiferi reus, conservetur in mundo. Unde plus meretur, quam locum tartari: meretur esse extra omnem naturam, ne dehonester illam, qui dedecoravit decus ejus, occidit, quantum in eo fuit, Patrem ejus: abstulit coronam creaturarum de capite ejus: contemnendo Auctorem, singulas creaturas dehonoravit: ideo deberet esse scopus odii omnium, qui peccando confudit omnia. Fuit enim dedecus naturæ, inuria Gratiae, irrisio Divinæ voluntatis. Aspicis hic tui imaginem, quæ est omnium tui pitidimum, ac monstrorum complexio. An adhuc tibi non displicant mala tua? festina, sed non lente, declinare mala, quia periculum, ne dicam exitium est in mora. Subscribit mihi dicenti, Poeta, dum ita scribit:

*Prorsus, & absque mora, mala declinare labora.*

### 3. DIES APRILIS.

Malus, etiamsi regnet, servus est tot  
Dominorum, quot vitiorum. *Augustinus de Civit. lib. 4. cap. 3.*

Vitia vitanda,  
quia inducat ser-  
vitutem.

I.

**C**hicunque exosa est servitus, ut eam evadat, sit vitiorum Dominus. Propone tibi compedes, manicas, vincula, remiges, & quidquid arctiori servitutis jugo ingenuum

Aprilis.

Tessera.

251

nūm potest addicere, nihil invenies tertiū, nihil servilis, & humilius, quām hominem vitiis ancillantem. Porrò quidquid servilis condīcio patitur, ad triplex referri potest caput malorum. Primū, servus non facit, quæ veller. Secundò, quæ nollet, facit, & patitur. Tertiò, tam diu, & tanta patitur ab eo Dominō, cui se non à natura, sed à fortuna subjectum videt. Hæc singula patitur vitiorum servus. Primū enim non facit bonum, quod sāpe à Conscientia monetur facere: & quò, antequam vitio est obsecutus, conscientia erat religiosior, eò post stimulus est acrior, vermis mordacior, status animi calamitosior, cùm hinc ad bonum trahitur, inde retrahitur. Hoc porrò cruciatu caret quivis alius servus, qui licet pro arbitrio suo, non omne quod veller, agat, potest tamen si velit, semper bene agere, semper Deum diligere, semper propter ipsum pati, quod est bonorum omnium optimum.

II. Deinde servus vitiorum, quām multa præ aliis servis, quæ nollet, patitur! Quanti metus, quanti angores, quanti stimuli, quantæ angustiæ, vel ab omni generatim vitio, vel particulatim à singulis, quibus singillatim annexæ sunt suæ pungentes spinæ, suæ mordaces curæ, suæ subsequentes furiæ. His, qui famulantur, meritò appellaveris servos servorum. Dici servum servorum Dei, est prima, in Ecclesiastica Hierarchia gloria, at esse servum servorum dæmonis, est ultima ignominia. Ipsi enim sunt servi servorum. Ipsi servi, quibus serviunt aliis, qui serviunt. Singuli amatores exteriorum binos Dominos habent, qui singuli sunt servi: unus Dominus internus, alter exterius. Irratio-

nalis

nalis, brutusque appetitus, cùm adversus rationem insurgit, captivam illam facit: seque captivum simul cum illa tradit his externis heris, mancipiisque fortunæ. Quin & hæc potens Domina impotenti sui libidini servit. Ad quod propugnatum magis est, illud nostrum multiplex servitum liberum, aut libitum est nobis. Improborum herorum iussa servi etiam improbi invitè exequuntur, nos libentes exequimur ea, quæ improbus appetitus cum damno nostro imperat, & post externa fugientia impellit.

III. Denique non tantum ut plurimum, unitamen servit Domino, qui alteri servit, sed vel non servit omni loco, vel non omni tempore, vel solis tantum hominibus: à quorum statu non multum distare potest, cùm sit ipse homo. Sed peccator, ut ostendi, tot servit Dominis, quot vitiis: ubique, & semper suæ servit libidini: vel si non semper, hinc gravius dolet. Quinam verò sunt Domini, quibus servit, quam abjecti, quam viles: quam longe ab hominis Christiani dignitate remoti, nempe appetitus naturales, qui animum impetuunt, quibus se belluis similem reddit, quibus se dæmoni subjicit, qui se infra peccatum, quo nihil detestabilius, se tamen infra ponit, qui peccato servit, quia Domino servus est inferior. Potestne cælum intueri parem servitutem, qua carni subjicitur spiritus, ratio concupiscentiæ: Deus mundo, Christus Dæmoni, & Æternitas momento? His accedit, quod eò servitus est durior, quia liberior. Ideò enim suum sibi servum ligat strictius, & torquet saevius. Nam si postea per læsus intolerabilem quam serviebat servitutem, sic se ab ea velit eximere, mihi quantum ex seipso crucietur. Tunc enim volet,

rilis.  
onem  
simul  
e for-  
ti sui  
illud  
m est  
n im-  
urea,  
mpe-  
itan-  
ser-  
tan-  
dista-  
sten-  
mper-  
avius  
qvit,  
ninis  
natu-  
simi-  
infra-  
onit,  
rior,  
carni  
nun-  
His  
rion,  
que-  
uam  
mi-  
oler,  
&

Aprilis

Tessera.

253

& nōlet tunc placebit vitium, & displicebit, tunc ita siet amara jucunditas, ut quia jucunditas est, semper ametur, quia verò amara est, sic semper amari doleat. Qua sibi oppositi, & contradicentis animi repugnatio, quidamariūs, quid crudeliūs? si nemo suffragio ipsius Veritatis potest duobus Dominis servire, quomodo poterit lexcentis, & pluribus? Accipe p̄ensum meum:

*Deficit ambobus, qui vult servire duobus.*

#### 4. DIES APRILIS.

Nihil magis consiliis tam iniinicūm est,  
quām celeritas. *Livius l. 31.*

Vitia contra I.  
prudentiam:  
primum, est  
celeritas.

**R**ecensurus, catalogum vi-  
tiorum, ordior ab illis, quæ  
mores spectant: hæc inter  
primum est, quod adverfa-  
tur primæ inter Morales Virtutiæ Prudentiæ, videli-  
cet Imprudentia; cuius ut pessimi ovi, pessimus est  
pullus, Præcipitatio, quæ opponitur rectæ consulta-  
tioni: De salutis, hoc est, summo quod tractas nego-  
tio, delibera cum otio. Qui præceps est, is nec finem,  
qua par est tranquillitate animi, constituit; nec media  
ad finem suis, ut decet, momentis libratur: hinc nec  
unquam à metu est liber. Nam inconsulto quodam  
imperu abruptus, universum reliquum progreßum,  
incondito tumultu, ac tenebris, seraque tandem pœ-  
nitentia, & malo exitu compleat. Scelera imperu, bo-  
na consilia morâ valescant. Hinc melior est consulta  
tarditas, quām inconsulta temeritas. Præcipitando  
destitue